

Elias Taddel Johann Reich

In Historiam Passionis Domini Nostri : Disp. I.

Rostochi[i]: Kilius, 1642


<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn737815221>

Druck Freier  Zugang



Verk.: J. Reiche

El. Faddel.
R. U. theol. 1642.



IN HISTORIAM
PASSIONIS
DOMINI NOSTRI.

DISP. I.

Quam
IPSO PRÆSENTE

Approbante facultate Theo-
logica in Acad. Rostochiensi.

PRÆSIDE

M. ELIA TADDELIO,
S.S. Theol. Prof. Pub. & Pastore
Petrino.

Publice defendet

M. JOHANNES Reiche/
Lubecensis S.S. Theol. Stud.

In Auditorio Majori pridie Pasche
horis matutinis.

27. April

ROSTOCHI,
Typis NICOLAI KILII, Acad. Typogr.

ANNO M, DC, XLII.

1642



PASSIONIS
DOMINI NOSTRI

Disc. 1



M. JOHANNES BACH

58. 7. 55



IN HISTORIAM
PASSIONIS DOMINI
NOSTRI.

Disp. 1.

IPSO PRÆSENTE.

Rostquam tempore hoc (ut vocant) Qua-
dragesimali, crucifixi nostri memoriam, in
cathedra Ecclesiastica, auditorio nostro
pro viribus reperivimus & inculcavimus:
age eandem quoq; in Academica non sile-
amus, sed exercitio quodam Scholastico
juventuti cumprimis Studiosa gratissimam reddamus.
Crucifigat illa in nobis omne vitium.

Th. 1.

Tres aras quas per Mosen Deus exstrui iussit, puta *terream Altaria*
Exod. 20. v. 24. *lapideam* v. 25 *ligneam* Exod. 30. v. 1. Insi- *V. T.*
gnem habuisse passionis Christi typum & Methodicam ejus deli-
neationem b. m. Affelmannus Triad. verborum e septem Chri-
sti in cruce th. 7. docet. Indicarunt enim, ut loquitur, Christum
primum in ara terrea, qui hortus: deinde in ara lapidea, quod
judicium tam Ecclesiasticum quam Politicum: tum in ara lignea,
quod crucis patibulum, aliquando oblatum iri.

2. Sciendum tamen est, non nisi *duo* altaria in ipso taberna- *Duo in T.*
culo in deserto, itemq; templo fuisse, alterum *botocausti*, alterum
thymiamatis, & hæc utraq; erant lignea, illud tamen ære, hoc
auro solido obductum. De illo vide Ex. 27. v. 1. c. 29. v. 36. c. 38. v. 1.
30. c. 39. v. 39. De hoc Exod. 30. 1. seq. 37. v. 25. c. 39. v. 38. In
illo prius sacrificavit Salomo 2. Chron: 1. v. 5. quam exstrueret.

A 2

altare

HISTORIA

altare magnum de quo 2. Chr. 4. v. 1. & 1. Reg. 9. v. 25. ubi versio nostra habet *und reuchjerre vber ihm* / cum tamen in altari holocausti non accenderentur thymiamata. Rectius *vber dem der sijn dem Herrn*. De altari verò thymiamatis in Templo V. 1. Reg. 6. v. 20. Ubi conferat itidem lector v. 20. cum 22. qua versionem nostram. c. 7. v. 48.

*Amplura
& quomodo.*

3. Cum ergo constet non nisi duo altaria in ipso templo & tabernaculo fuisse, in quibus etiam solis & non alijs offerri conveniebat, quorsum ergo reliqua? Resp. Terrei altaris nullus erat usus præterquam in deserto, in quo quia peregrinabantur Isr. extemporaneo interdum opus erat altari, quod post usum manere non debebat, ideoq; postmodum cito concidebat, nec formam suam retinebat. Tale exstruxit Mose ad radices montis Sinai Exod. 24. v. 4. In campis Moabiticis ab Israeliticis quoq; exstructum fuisse. Rivet. in Ex. ait de quo tamen nil lego. Quod enim Bileam fecit Num. 23. de Israelitis dici nequit. E lapidibus tamen ubi cespites non aderant in locis petrosissis construi & hoc potuisse ob locum Ex. 20. v. 25. dubium non est.

4. De lapideo autem peculiariter extra tabernaculum exstruendo expressum est mandatum Deut. 27. v. 6. ad radices montis Ebal quod & Josua ædificari fecit c. 8. v. 30. 31. è lapidibus non cæsis aut ferro lævigatis, cujus rationem à natura rei reddi non posse, autumat Rivetus. In templi certè Salomonis exstructione ferri nullus fuit usus, non tantum pro instrumento, inquit Dru-
Drusius. sius ad Jos. p. 71. sed & pro materia, ut ne quidem clavi ferrei sint adhibiti sed ænei. Qui quid ad locum 1. Par. 22. v. 3. ubi David *ferrum* multitudinem ad clavos subministrasse dicitur respondebit?

5. Quanquam autem exstructo jam tabernaculo altaria nonnulla egesta legimus utpote 1. Sam. 7. v. ult. c. 14. v. 35. factum tamen id rebus publice turbatis ob bella Philistinorum, & quod Saul exstruxit per Samuelem fecit qui præsens erat, seu ex posterius allegato loco liquet.

*Eorum
Accommodatio ad
Christum.*

6. Cæteroquin in dictis tribus altaribus *que perfecta* dicuntur eleganter satis ad Christum accommodari queunt. Nam 1. altare terreum Moses sanguine conspersit Exod. 24. Etiam Salva-

PASSIONIS DOMINI.

Salvator noster in horto in terræ pulvere procumbens sanguinem sudavit. 2. E. monte Ebal ad quem lapideum altare inveniebatur, exsecrationes & diræ audiebantur. In Palatio Caiphæ Salvator obtestationes sustinuit, estq; factus anathema. 3. In aris ligneis offerebantur partim holocausta partim thymiamata. In ara crucis Christus se totum obtulit precatusq; est pro crucifigentibus.

7. Terream aram quod spectat notetur 1. *Tempus* quo ad eam digressus quod Matthæus c. 26. v. 30. Marc. c. 13. v. 26. secutum ait hymni cantionem, Johan. v. ipsam Christi concionem c. 15. seq. descriptam. Hymnum autem HALLELUJA MAGNUM dictum & ex Ps. III. ad 113. decantatum fuisse interpretes docent. Rituale quoddam Germ. & Ebr. habet cecinisse Ps. 113. & 114. H. Grotius autem ait, *sicut ad veterem gratiarum actionem Christus novam addidit, suo instituto congruentem, ita & de hymno fecisse credibile esse. Ac forte ea ipsa hymni in modum dixisse Christum quæ apud Joban. 17. legimus.* Musculus quoq; in Matth. inquit novo quodam hymno non tam rememorationem Æg. liberationis quam regni Dei mysterium ita præloquutum, fuisse Christum ut verba à discipulis sint excepta & vicissim redita de quo Lector judicet.

8. 2. Colloquium in viâ; habens 1. *Christi vaticinium* Matth. 26. v. 31. Marc. 14. v. 27. *πάντες σκανδαλισθήσονται ἐν ἐμοὶ* ubi ἐν objectum in quod impingent denotat ut Matth. II. v. 6. Confirmatur verò testimonio Prophetæ Zach. c. 13. v. 7. ubi quod imperatively dicitur, de futuro intelligendum Salvator interpretatur, fore nimirum ut Pater filium tempore passionis ita alloqueretur. Imperativi autem pro futuro usurpatio & alias videnda Gen. 20. v. 7. Deut. 31. v. 50. Prov. 3. v. 4. Esa. 6. v. 9. ubi quod *Ἰδοὺ* Matth. 13. v. 15. *ἀκούσατε*. V. CL. Glassium Philol. sacr. lib. 3. p. 339.

9 Ubi nobis H. Grotius notandus qui in h. l. Christum Proverbiali usum locutione scribit, neq; illud *πᾶσι* certam designare personam, sed primam pro quavis poni. Tantum quoq; abesse ut Zachariæ verbis directe Christum respici putet,

A 3

*Campri-
mis Ter-
rea ubi.*

2.
Tempus.

H. G.

Musculus.

2.
*Colloq. in
via quâ.*

1.
*Vaticini-
um è Zach.*

13. 7.

*An de nen
bono Fa-
store agat.*

ut mul-

HISTORIA

Juxta H. G. ut multo magis credat agi ibi de aliquo non bono pastore de quo & c. ii. sub finem ubi itidem ille, quisquis sit, vocetur pastor meus & gladius illi imminere dicatur.

N.

10. Etenim 1. Ut ut sit Proverbialis locutio, *Caso pastore duper- guntur oves*, Salvator tamen scandalum hoc disertis verbis prædictum adserit. 2. Cur imperativus in indicativum mutatus sit ex th. 8. liquet. 3. Contra expressa verba Christi est agi in illis Prophetæ, de Pastore non bono, qui ea quæ scripta sunt, citat sibi; pastori applicat. Videatur ad locum Proph. Dn. præceptor b. m. Joh. Tarnovius. Pastor hic dicitur *רועה* Emphaticè non *רועה* pastor meus tantum ut c. ii. v. ult. quem nego quoq; fallor Dominus Zebaoth *זבואת* nou dixisset.

e.

Discipulo- rum sola- rium.

11. 2. *Discipulorum solatium*, fore nimirum ut reducat ma- num suam ad parvulos ut est apud Prophetam quod Salvator, ita effatur *παραξω ημᾶς εἰς γαλιλαίαν* ubi revera ad parvu- los illos quos & alibi *νηπίος* dicit Matth. ii. v. 23. quosq; *παιδίοις* similes esse voluit Matth. 18. v. 3. manum omnipotentis suæ extendit, ea duce in universum ire jussit & semper illis præsto fu- turam promisit, Matth. 28. v. 16. seq.

3.

Petri Re- sponsum.

12. Petri 3. *Responsum*, in quo non tantum reliquis se præ- fert (*wollen sie Wamlucken werden etc.*) sed & fortius adserit, in- quiens *ἀλλὰ ἐγὼ καὶ ἰδοὺ σκῆπτρον*. Matth. 26 v. 34. Marc. 14. v. 30. ubi *ἀλλὰ* particulam recte per adsertivam *Certe* vertes ut Joh. 16. v. 2. ad quem locum vide Dan. Hein. Aristarchum. Conf. quoq; Rom. 3. v. ult.

4.

S. Judici- um.

13. Salvatoris 4. super eo *judicium* quod *ἀνέστη & ἀποδείξει* constat, fore nimirum ut non tantum offenciculo ipsi sit, sed & *Urna* abnegatione eadem nocte supra modum injurius in se in- veniatur, quod sub Gallicinium eventus ipse sit demonstraturus Conciliandi a. heic sunt Evangelistæ dum Matthæus cum Luca c. 22. v. 34. (vide & Joh. 13. v. 27.) non cantaturum ait gallum prius quam abneget, Marcus vero non canturum bis c. 14. v. 30. ut illi dicantur loqui de Gallicinio *καὶ ἔσοχην* quod maxime obser- vant

PASSIONIS DOMINI.

vant homines circa diluculum nempe, quod & ἀλεκτοροφω-
νία propterea dicitur, Marcus vero annotet quomodo etiam
ante utrumq; gallicinium turpiter se sit daturus Petrus, qui &
πρωί & ἀλεκτοροφωνίαν alias distinguit c. 13. v. 35.

14. Mire vero Emphatica esse Christi verba H. Grotius quo-
que notat. Christus enim eum qui scandalum omne nescire
volebat, abnegaturum ait, quod est ἀπαρνείσθαι neq; id semel
sed ternis vicibus prius quam dies oriretur, quod non qualiscuu-
que πάθος sed expectorata conscientia figurum fuerit. Gallus
Deum opificem suum laudat: Petrus servatorem negat; post
galli cantum Christus munus suum sacerdotale auspicatur, ut
Pontifex maximus Ebræorum facere solebat Scriptum id. in
Joma.

15. Petri s. contradicendi studium in quo pertinaciâ non
tantum sed & varijs peccatis seipsum miris modis prostituit.
Marcus ait c. 14. v. 31. ὁ δε εκ χειροσῶ ἔλεγε ubi qua Phrasin
confer Mar. 6 v. 51. Eph. 3 v. 20. 1. Thef. 5. v. 13. Obloquitur ergo
temere Magistro quin & Spiritui sancto cujus testimonio usus
ille fuerat. Deinde & seducit reliquos discipulos ut imbecillita-
tis humanæ obliiti superiores se omni periculo futuros jactitent,
cui jure Plautinum illud Epid. Scen. 1. Act. 3. respondeas.

Tu mihi blatis

Quod nusquam est neq; ego id immitto in aures meas, nec mihi
Plus adjumenti ades quam qui nunquam etiam natus est.

16. Notandus 3. Terminus per quem à Johanne dictus 3.
χειρῶν τῆς Κέδρων quomodo & vallis & per eam decurrens Terminus
fluvius nominatur. Prius patet ex 2. Reg. 23. v. 4. & 6. cujus de- per quem.
scriptionem apud Adirchomium p. 172. & Josephum l. antiq. 8.
c. 1. videas qui versus orientem situm ajunt ita ut dirimeret Hie-
ros. à monte Oliveri. Eâ parte qua respicit desertum Jeruel &
mare salis influit, dicitur פני מדבר ירושל ceu ex
2. Chr. 20. v. 16. liquet. Schindl. à terræ pinguioris nigredine
nomen habere vult, & Radix קרר respondet. H. G. ait omnes
Cod.

s.
P. Contra-
dicendi
studium.

HISTORIA

Cod. Gr. legere τῶν κέδρων & Cedris confitas fuisse margines hujus torrentis. Id quoq; Erasmus Nonnus. V. Pelargum in Joh. Strigel. in Joh. inquit historias testari non fuisse cedros in Judæa. Ineptiunt a. qui verba Psalmsi 110. v. 7. transitum hunc in specie intendere docent.

4. *Terminus ad quem.* 17. *Terminus 4. ad quem* expressus. 1. Generaliter dum Mons oliveti dicitur, de quo I. Sam. 15. v. 30. ubi in ejus fastigio adorari solitum fuisse historia testatur. Ad preces quoq; festinabat Salvator in quibus solitudinem amabat, Matth. 14. v. 23. Mar. 1. v. 35. Luc. 5. v. 16. c. 6. v. 12. c. 9. v. 28. c. 11. v. 1.

1. *Generaliter.* 18. 2. Specialiter à Matth. c. 26. v. 36. Mar. 14. v. 32. Γεθσημανῆ à Johanne autem κῆρ c. 18. v. 1. ab Evangelistis etiam l. d. *Specialiter.* *χωρίου.* Juxta Ebraicam appellationem Græcam quoq; factam esse dubium non est, quæ licet, plena, sit שֶׁמֶן הַיַּרְדֵּן vallis pingvedinum ceu Esa. 28. v. 4. legitur; tamen vulgo quoque שֶׁמֶן הַיַּרְדֵּן vallem cum olcitate V. Piscat. in h. l. dictum fuisse hortum censemus cum CL. H. G. De Syriaca verò denominatione שֶׁמֶן הַיַּרְדֵּן vide Lud. de Dieu in animad. super Evang. & num ejus conjecturam probare possis. Mihi non fit verosimilis, qui Syrum Græcam vocem prout exstabat apud Ev. exprimere voluisse arbitror ו & י petmutando.

19. Cæteroquin Dn. D. Gerh. excellentis memoriæ Viri sententia non est quoq; contemnenda qui in Harm. passionis p. 47. arbitratur simplicissime à שֶׁמֶן torcular & שֶׁמֶן Oleum deducendum, etiam addens Christum hoc loco implevisse vaticinium Esa. 63. v. 3. Quin & quod H. Grotius ex Aben Esdra notat junicem illam piacularem cujus mentio Num. 19. in monte olivarum solitam comburi, id Buxtorf. in Lex. Talmud. de strue lignea interpretatur in qua vacca rufa fit combusta quæ formam torcularis referebat. Vide eum voce שֶׁמֶן De loco tamen Esa. 63. v. 3. omnino consule Dn. præceptorem Joh. Tarnov. Exercitat. Biblic. p. 418.

V. *Ipsa passio per acta.* 20. Sequitur ipsa. V. *Passio* (in qua fateamur esse verbis non solum inexplicabilia sed omni quoq; vi humani ingenij impervestigata.

PASSIONIS DOMINI.

vestigabilia) peracta. 1. *Consternatione incredibili*, à qua arcet reliquos discipulos, tres duntaxat, quos saepe animo fortiores viderat, singularibusq; negotijs adhibuerat Matth. 17. v. 1. Luc. 8 v. 51. adsumens. Describitur autem per verba *λυπεῖσθαι, ἐκθαμβεῖσθαι καὶ ἀδημονεῖν* Matth. 26. v. 37 Marc. 14. v. 33. quæ vehementem intensissimamq; oculis animoq; obijciunt tristitiam, qua ipsæ fibræ & quidquid est interiorum viscerum tremebundo concutiuntur impetu adeo ut stes Marpesia cautes, præq; nimio teipsum ignores dolore. Conf. qua vocem *ἐκθαμβεῖσθαι* Marc. 9. v. 15. c. 16. v. 5. 6. *ἀδημονεῖν* Phil. 22. v. 26. (*ἀδημονῶν*. Hefych. *ἄγωνιῶν*) & hominem ad mortis supplicium ducendum, ut trepidat! ut cespitat! ut nictat oculis! ut nutat capite! ut cor palpitat! ut neq; pes neq; manus officium facit! Conferat quoq; L. Gen. 3. v. 4. utriusq; Adami componendo motus. Videatur & Camerarius de voce *ἀδημονεῖν* in h. l.

1.
Consternatione
incredibile

21. *Lamentabili*. 2. *Confessione* dum Salvator ait *περίλυπος ἔστιν ἡ ψυχὴ μου ἕως θανάτου* qua tantas animæ significat perpeffiones ut se vi quapiam à corpore videatur avulsura, Jonas indignabatur *ἐπιλυπῶν* Jon. 4. v. 9. ob servatam Niven. Christus autem dolet ob lapsum hominem, V & Psal. 42. v. 6. 15. ubi in Gr. 70. *περίλυπος ἡ ψυχὴ μου*. Hunc vero dolorem, Christo ex peccatorum nostrorum sensu, coram judicio divino, subortum esse, merito sentimus: cui ferendo non fuisset, nisi præsentissimo divinitatis robore suffultus esset, quam & ipsam suo modo animæ adsumptæ angoribus participasse dubium non est. Cæteroquin nudi hominis non est exquisitissimo justitiæ divinæ igni sese committere.

2.
Confessione
ne Lamentabili.

22. Cum g. maximi iudicij Vir. Dn. Calixtus in Harm. p. 490. att: filium Dei sponte naturam suam humanam naturali suæ conditioni reliquisse ut officio suo fungeretur, & tantum doleret, quantum doluisset, si neq; cum divinitate, personaliter unita fuisset, neq; quicquam de divino decreto cognitum ha-

B

buisse;

HISTORIA

buisset: Non arbitrandum est mere humanum eum hunc iudicasse dolorem, cui etiam natura cuiusvis hominis par esse queat, siquidem nos nunquam de peccatis dolore satis possumus, ut Magni nostri Chemnit. vox placeat cum inquit, Bona pars Contritionis est dolere nos non posse de peccatis satis dolere, & credam neminem hominum hunc Christi dolorem vel mente penetrare, ne dum illi ferendo esse posse, ipsamq; adeo divinitatem ut reliquarum passionum, sic & harum ita fuisse participem ut officio Mediatoris tota persona fungeretur. Id g. puto voluit, passum esse Christum quiescente *λόγῳ*. Recte B. Ambrosius in Luca c. 22. Hic alto operatur affectu, ut qui in carne sua, nostra peccata perimebat, mœrorem quoq; animæ nostræ suo mœrore aboleret.

3.
*Oratione
admirabili.*

23. Peracta est 3. *Oratione admirabili*. Postquam n. & tres illos desiderare, & tentationis barathrum deprecari iussisset, (peculiaris n. est Phrasis *ἰσελθεῖν εἰς πειρασμὸν* qua intimior ejusdē indicatur sensus. quomodo & *εἰς δόξαν* Luc. 24. v. 29. *εἰς χαρὰν ἰσελθεῖν* Matth. 25. v. 23. gaudij & gloriæ profundioris participationem notat) ipse ad lapidis jactum avulsus precibus totus occupatur.

*Ubi
Gestus*

24. Observetur autem 1. *Gestus*, Matth. enim c. 26. v. 39. ait *ἵπτεον ἐπὶ τὸ πρῶτον* Marc. c. 14. v. 35. *ἔπεσεν ἐπὶ τῆς γῆς*. Luc. autem c. 22. v. 41. *Θεῖς τὰ γόνατά*, ut ita flexis genibus inclinatusq; versus terram capite adorasse dicendus sit. Quamvis g. precantium cor Deus semper spectet: attamen variis quoq; gestibus hos ipsos semper usos fuisse omnium temporum docet historia. Inter hos genuflexionem & incurvationem adusque etiam terram, fuisse, sacra testatur V. Lev. 9. v. 24. 2. Chr. 7. 3. Nehm. 8. v. 6. 2. Chr. 6. v. 13. Psal. 22. v. 30. Dan. 6. v. 10. Pectoris verberibus usus est Publicanus Luc. 15. v. 14. quibus de Hieronymus quoq; loquitur tom. 1. p. 63, ad Eustoch. cum ait. Memini me clamantem diem crebro junxisse cum nocte nec prius à pectoris cessasse verberibus, quam rediret Domino increpante tranquillitas.

25. 2. Sco,

PASSIONIS DOMINI.

25. 2. *Scopus vel finis.* Marcus hunc nos docet c. 14. v. 35. cum inquit eo fine ad preces festinasse Dominum ut *εἰ δυνατόν παρέλθῃ ἀπ' αὐτῶ ἡ ὄρα*, ut ita non tam calicis bibitionem quam moram & durationem deprecari voluisse videatur. V. quoq; Joh. 12. v. 27. & Luc. 12. v. 50. Juxta enim illud Poetae, Morsq; minus poenae quam mora mortis habet.

2.
Finis.

26. 3. *Forma precum quarum* 1. *Objectum* Ἀλλά ὁ πατήρ, ubi Graecum ὁ πατήρ Syriaci ἐμμενευτικὸν arbitrantur, ut Mar. 10. v. 46. Bartimæus interpretatur filius Timei cum tamen & Syrus ib. hoc addat, qui & hoc loco legit **בן בן** Pater, pater mi, ut videatur formula adorantium usitatissima fuisse qua Deū invocantes ipsum **בן בן** dicerent quasi esset Venerande pater: cum sciamus **בן בן** honoris, & reverentiae nomen fuisse, quo cum superbirent Rabbini Christus eos castigavit & ad patris caelestis reverentiam revocavit; videatur Buxt. Lex. Talm. voce **בן** Matth. 23. v. 9. Ebr. & Graece loquitur ait Hier. in Marcum quia non est distinctio Judæi & Graeci.

3.
Forma ubi
1.
Objectum.

27. *Fundamentum* 2. precum, quod constituit 1. divinam potestatem, 2. Voluntatem. Illam absolutam quidem confitetur Marc. 14. v. 36. *πάντι σιδηρὰ* limitatam vero agnoscit in hoc ipso opere propter passionis decretum. Hanc lubens admittit, sui tamen ipsius desiderium indicans quo ferebatur naturaliter, eluctari nimirum ex tantis angustijs quam primum fieri poterat, liceret. De Luc. verbis *εἰ βέλει παρενεγκέιν* v. Camerae, in notis.

2.
Fundamē-
tum.

28. Non igitur est duas hic voluntates *contrarias* fingamus, aliam personae adoratae, aliam adorantis, cumq; Crellio θεομάχῳ Crellius, lib. 1. de Uno Deo. Sect. 2. c. 12. dicamus Christi humanam naturam hic ita loqui ut simul concedendum sit aliam in eo naturam, nempe divinam non esse, cum 1. dicat. Non mea voluntas fiat adeoq; excludat in se illam voluntatem, secundum quam in se sua voluntas fieri possit. 2. Nolle & velle contraria sint quae eodem tempore de eadem re in uno subiecto esse nequeunt. 3. Operationes sint suppositorum quae hoc loco non divina, sed

B 2

humana.

HISTORIA

humana. 4. Se non divinæ suæ naturæ arbitrio sed patris submittat a deo; personam personæ, voluntatem voluntati opponat.

29. Etenim. Sicut alias Salvator dicendo se non venisse ut suam sed patris faceret voluntatem Joh. 5. v. 30. c. 6. v. 38. non voluntatum contrarietatem, sed distinctionem duntaxat docet, quæ humanitatis voluntas, inferior est semper divina manetq; in æternum 1. Cor. 15. v. 28. ita etiam h. l. se omnibus illis inferiorem agnoscit quæ pater decreverat, vultq; nihil aliud quam quod & pater ipse velle naturam humanam libens concedit. Hoc modo divinæ naturæ voluntas in Christo etiam cum humana coincidit, quæ eam non privat desiderio naturali sed ejus potius autrix, conservatrix & adjutrix est. Actio igitur hæc volendi & petendi totius suppositi manet, licet utriusq; voluntatis in naturis determinatio sit distincta. In quovis profecto fidei, citra quandam contrarietatem, voluntas & desiderium liberationis esse potest à periculis, licet alias divino nutui libens respondeat qui & ipse tale nobis desiderium naturale esse voluit.

*4.
Repetitio.*

30. Observetur 4. precum repetitio. Ab iis enim semel iterumq; factis, ad discipulorum & ovium suarum pastor curam redit, ad vigilantiam & orationem hortatur, spiritusq; *πνεύματος* in carnis imbecillitate ad tendere jubet. Illum ne cum oculorum exstingui patiantur lumine monet, sub ejus nomine, quidquid adhuc amoris, fiduciæ & bonæ defæcatæq; mentis reliquum in illis, intelligens.

31. Ternis autem vicibus preces repetit quibus peractis cuncta alacrius est aggressus. Omnia levius casura, dicebat Orator, rebus divinis procuratis de divinit. 1. 2. Etiam Athenæus lib. 1. c. 2. Proverb. hoc utitur.

Τεῖς δ' ἀπομαζαμένοισι θεοὶ δίδασιν ἀμεινον.

In quo ad veterem lustrandi ritum alluditur, indicaturq; omnia rectius responsura votis, si rite rebus divinis vacaveris, quam & longius extendatur usurpeturq; cum ad iterum jam
sub-

PASSIONIS DOMINI.

subeundum laborem hortari aliquem vellent. Δις γὰρ καὶ τρεῖς τὸ κελὸν. V. Casaub. Athen.

32. An autem & hic ab ijs discedendum sit, qui ajunt, ad has preces Christi peculiariter pertinere quod in Ep. ad Ebr. c. 5. v. 7. dicitur orasse μετα κραυγῆς καὶ δακρύων, lector judicet. Mihi vix verosimile videtur, salvatorem, praesentibus discipulis, in horto, sub noctis silentium, vociferatum fuisse, cumq; clamore vocem & verba edidisse talia. De sacerdotio ejus loquitur Apostolus cujus sacrificium in ara crucis peractum potissimum intendit enarrare, quem etiam respexisse potius ad illas propterea preces arbitramur, de quibus diserte dicitur ἀνεβόησεν ὁ Ἰησοῦς Φωνῇ μεγάλῃ Matth. 26. v. 46.

33. *Adjunctum.* 5. Precum Domini notandum quo de Lucas v. 43. c. 22. ἄφθῃ αὐτῷ visus est illi cui phrasi similis Act. 2. v. 3. Visae sunt illis divisae linguae sic sahēn/ non quod linguas Apostolorum divisas viderint. Confortatio autem haec angelica, qualis fuerit & quomodo facta, exacte intelligere non potest nostra haec imbecillitas. Theophylactus & Epiphanius (qui & huc referunt locum Deut. 32. v. 42. ἐκ τῶν ἐβδόμηκεῖλα apud quos legitur ἐνιχυσάτωσιν αὐτῷ πάντες εἰοὶ Θεῶ) illam censent esse metaphoricam eo nim. modo, quo nos alias Deum magnifacere, ei robur & gloriam dare dicimur. Confortavit igitur eum angelus & robur ei dedit, laudem roboris & fortitudinis tribuendo, quod & omnia invictissime superet gratias agendo.

34. Aliud autem egerunt haec scribendo, Nobis confortatio haec tum verbis tum opere facta videtur. Cum enim divinitatis in se habitantis virtute Salvator destitueretur, & anima tantopere laboraret ut vix sui ne dum corporis conservationi par esset, assistens quaedam forma, sic Philosophis dicta, officio informantis quadantenus defuncta fuisse videtur, ruinam sc. meditante ipso toto aedificio. Addidit insuper animum deq; victoriam certum esse jussit. Confer Dan. 10. v. 18. Ubi cum Michael arch-

HISTORIA

angelus compareret Propheta ipseque collabasceret confortatus fuisse dicitur. Græca ita habent. ἡ ψαλο με ὡς ἑρασις ἀνθρώπων καὶ ἐνίχυσέ με καὶ εἶπέ μοι, μὴ φοβῶ ἀνῆς ἐπιθυμιῶν εἰρήνη σοι, ἀνδρείη καὶ ἰσχυε.

4. 35. Peracta. 4. Est passio hæc *Sanguinis emissione incomprehensibili*. Cum enim esset ἐν ἀγωνίᾳ (quam vocem Hesychn. ἀγοράϊαν, quam alibi per διηγορολογίαν interpretatur, θλάσιν, πολεμον exponit quæ singula satis bene huc quadrant) cumque conscientia doloribus ob peccata totius mundi experiretur, non tantum ἐκνεύεσθον precatus est (alias Gr. ὡς ἐκνεύεσθαι) sed & sudavit sudorem instar θερμῶν grumorum αἵματι (Sanguinis concreti. θερμῶν Hesychn. αἷμα παχὺ, πεπηγὸς ὡς βαννοί, qui quomodo ex corpore temperici laudabilis planoque ἀρμονικῶ erumpere potuerint, merito admiramur.

36. Neque n. Theophylacto adsentimur qui ita sanguinem sudasse Christum dicit quomodo qui amare flent, sanguinem flere dicuntur; & nostri. Ich möchte Blut weinen/meine blutige Thränen vergießen. & αἷματι σέβειν qui vehementer ingemunt V. Erasmi. Cent. 4. adag. 65. sed revera poris concretum sanguinem exisse, inque terram ex Evangelista descendisse, & cecidisse dicimus.

37. Quæstionem porro de sanguine Christi, an unitus divinitati manserit, (U. D. Hunnium tom. 1. Operum loco de cœna c. 14. p. 181.) inter inutiles & ineluctabiles recenset Maximus Calixtus præfat. in historiam passionis per Illustris. Ducem. Lunæb. Germ. translata, qui idem in Harm. p. 491. Verosimile non esse ait, Deum, in hac ἀμορροία, præterquam naturæ ratio ferat adfixisse filium suum, & immediate per suam ipsius potentiam ea intulisse; quæ nec vicinitas mortis mente apprehensa, nec Judæorum inferre potuisset sævities. Quibus, ut nō nemo mihi objecit, verbis extenuare hanc ἀγωνίαν minime credo Virum tantum voluisse, cum quemvis mortis metum tyranno.

PASSIONIS DOMINI.

rannorumq; torturam facile vincant conscientiae morsus, quibus nostri loco Christum heic obnoxium fuisse minime dubitamus. Audiamus saltem Poetam c. Sat. 13.

Cur tamen hos tu

*Evasisse putes, quos diri conscia facti
Mens habet attonitos & surdo verberare cadit
Occultum quatiente animo tortore flagellum
Pœna autem vehemens & multo savior illis
Quam quos Ceditius gravis invenit aut Rhadamantus*

Nocte dieq; suum gestare in pectorem esse.

38. Adaucta vero est Domini passio. 5. Proditione detestabili cuius. 1. Proditio Matth. 26. v. 45. Marc. 14. v. 41. 42. Postquam enim somnolentiam excuterent oculis discipulos iterum jusserat, tempus adesse dicit quo filius hominis tradatur in manus peccatorum, jam propinquo proditore. Αμαρτωλὸς absolute eos vocat quos sub servitute peccati cæcos ruere noverat ut Joh. 9. v. 31. quanquam H. Grotius milites Romanos ita dici arbitratur quod gentiliter viventes ἀλλοφύλους Judæi proprie vocarent ἀμαρτωλὸς Gal. 2. v. 15. id est ἀνόμους Act. 2. v. 23. 1. Cor. 9. v. 21. Idem Christum Apostolis somnum concedere censet, licet alij. Ironiam agnoscant, verbumq; ἀπέχει apud Marcum cū Anacreonte idem vultesse quod Latine Virg. Ter Senec. НАВЕТ.

5.
Proditione
detestabili
cuius
2.
Proditio.

39. Sane apud Anacreontem occurrere voem ἀπέχει impersonaliter, pro satis est, sufficit, etiam celeberrimus noster Gerhard. Harm. p. 117. notavit & hac significatione neq; in sacris neq; profanis alias occurrere, scripsit. Carmen Anacreontis, in quo à pictore amicam pingi desiderat, postquam qua forma id fieri velit expresserat, ita concluditur Απέχει, βλέπω γὰρ αὐτὴν, τὰ χα κηρὲ καὶ λαλήσεις quod H. Steph. vertit. Quid plura? ecce cerno, loquere credo cera, ubi voce ἀπέχει amicam inquit exactissime formatam, ut effigies plane respondeat nihil-
que

HISTORIA

que desit ad veram, imaginem præter loquelam. Apud Terent. Andr. Art. 1. sc. 1. Certe captus est, Habet: apud Virgil. 12. Æneid. v. 296. Melampus Tyrrhenum telo feriens, ita fatur, Hoc habet. Der hat gnug/der hat sein Theil. Impersonaliter ergo dicamus τὸ ἀπέχει poni ut significet *peractum est*, nihil jam restat vel deest quam ut manibus hostium tradar. V. & τὸ περιέχει sic usurpatum 1. Pet. 2. v. 5.

2.
Descriptio

40. II. *Descriptio 1 à tempore.* Adhuc enim loquente Domino, plenis velis irruebat Matth. 26. v. 47 2. *Ab autore & ducē* cujus. 1. *Nomen*, Juda qui προσήχετο Luc. 22. v. 47. Unde ὁδηγῶ fuisse dicitur Act. 1. v. 26. quem non modo viæ qua talis, sed & qua consilia & actiones per hanc notantur ducem dici in h. l. de Dieu notat. V. & confer. loca Matth. 15. v. 14. c. 23. v. 16. 24 Joh. 10. v. 13. Rom 2. v. 19. Apoc. 7. v. 17. 2. *Vita genus* quod εἰς τῶν δώδεκα quomodo simpliciter Apostoli dicuntur Matth. 26. v. 20. Marc. 40. v. 10. c. 6. v. 7. c. 9 v. 35. Joh. 20. v. 24. Act. 6. v. 2. etiam cum plenus non esset numerus 1. Cor. 15. v. 5. 3. *Comitatus* qui partim σπείρα Joh. 18. v. 3. miles nempe Romanus ad servandam urbis & Templi quietem diebus festis à præside dari solitus; partim ὄχλος Marc. 14. v. 43. promiscua turba junctis ὑπερέταις ἀρχιερέων γραμματέων & πρεσβυτέρων τῆ λαῶν ib. & Joh. 18. v. 3. de quibus jam non est dicendi locus. Instrumenta autem violentiæ dicuntur his arrepta prout quisq; reperiēbat, wie es ihnen zur Hand kam / gladios, ligna, arma. Quæ Orig. de facie Christi varia secundum adspicientium dignitatem, sicq; non cuivis statim ad cognoscendum exposita: Item Jesuita Xavierus in histor. Christi Persica p. 450. de Jacobo filio Alphæi ipsi admodum simili fabulantur, mittimus. Vid. Musculus in c. 26. Matth. & Dn. L. de Dieu in dictum Jesuitam. Φανὸς quoq; καὶ λαμπράδας gestarunt plenilunio licet Joh. v. 3. 41. Gnarus autem omnium Salvator, obviam procedit quæritq; Τίνα Ζητεῖται Joh. 18. v. 4. Milites quibus de facie ignotus erat

PASSIONIS DOMINI.

erat respondent *Ἰησοῦν τὸν Ναζωραῖον*, quomodo non ex vulgi errore vel per contemptum dicebatur ut Beza existimat ad I. Act. 24. v. 5. in quo Dei consilium & voluntas manifeste potius elucet Matth. 2. v. ult; ipsi quoq; pii Christum ita dixere Joh. 1. v. Act. 2. 45. v. 22. c. 3. v. 6. c. 4. v. 10. qui & ipsum se ita appellat Act. 22. v. 8. Distinguenda tamē omnino est vox *Ναζαρηθῶν* & *Ναζωραῖος* ab illis qui Nasirei & Nazaræi quondam dicti. Nazarenus dictus fuit Salvator Mar. 1. v. 24. c. 14. v. 67. c. 16. v. 6. Luc. 4. v. 34. itemq; *Ναζωραῖος* Matth. 2. v. ult. c. 26. v. 71. Mar. 10. v. 47. Luc. 18. v. 37. Joh. 18. v. 5 7. &c. (à quo & Christiani olim dicti Nazoræi Act. 24. v. 5.) ab urbe Nazareth, ut hæc appellatio nil habeat commune cum ijs qui in V. T. Nasiræi, quorū ritus & mores Christus nunquam sequutus fuit, imo nec Johannes Baptista. Nazaræi autem fuerunt, qui cum Dei filium faterentur esse Christum, omnia tamen veteris legis observabant, teste Augustino tom. 6. de Hæc. ad Quod vult. p. 15 V. Junium Paral. 8. lib. 1.

42. Obvius porro, se eundem fatetur, ubi notandum, quod, quoties Salvator illud suum *ἐγὼ ἐμεί* usurpavit toties *Θεολογίας* quam Græci appellant & majestatis divinitatisq; suæ testimonia dedisse, Matth. 14. v. 27. Joh. 8. v. 24. § 8. c. 13. v. 19. quam & h. l. demonstravit prosternendo hostes, defendendo discipulos Joh. 18. v. 6. Fuit autem inter eos quoq; quos Ev. prostratos ait Judas proditor, impudentis pertinaciæ genium prodens, quem mirum non est, *περὶ τὴν γένόμενον*, in faciem decidisse, mediumque crepasse, cum *ὀπίσω* cadens, corrigi nollet.

43 Videamus autem & 3. *Modum* quo prodidit. Marcus c. 14. v. 44. ait militibus eum dedisse *ὄσσημον*, Hesyech. *σημαῖον*, etne Iose nempe osculum quo proditurus erat, ad quod comprehendi & *ἄσφαλῶς* abduci jusserat. Ita nim. ut securi essent de persona quam quæsierant, licet alij sentiant proditorem voluisse ut probe prehensum custodirent, ne elaberetur, nolle enim se pretio si qua elabatur, privari.

44. Accedit autem *ihur sich zu ihm/liebet sich zu* Luc. 22. v. 47. C
alloqui-

3.
Modus.

HISTORIA

alloquitur, *χαίρε Ράββι* Matth. 26. v. 44. *Ράββι Ράββι* Mar. v. 45. q. d. jam de tuo agitur capite, tandemq; osculatur. Verosimile est nequam hominem omnino *Φιλαργυρία* cæcum voluisse ut Salvator evaderet, imo & sibi persuasisse fore ut vim nullam admitteret, nummos autem sibi factos tectosq; servaret. Ait g. Rabbi, Rabbi mirifice proditorum omnium imaginem præse ferens. De titulis autem istis *רַבִּי*, *רַבִּי* &c. V. Buxt. in abbr. in principio literæ *ר*. De osculandi item ritu alios præter Rivetum in Genes. p. 62t. seq.

4. *Consequen-*
tia.
1. *Judæ amica*
compellatio.
45. *Consequen-*
4. Proditionis à quibus describitur sunt
1. *Judæ amica compellatio* qua facinoris eum meminisse, & ad meliorem mentem reduci voluit Salvator. Dixit enim 1. *Εταίρε* qua voce ignotum quoq; compellamus Matth. 20. v. 13. c. 22. v. 12. Nostri, *Geselle/woher Geselle*. 2. *ΕΦ' ὃ πάρε* in quo negotio ades, quid rerum geris *was hastu vor?* 3. *Judæ* quod confessoris, non abnegatoris nomen esse debebat. 4. *Prodīs*, ex discipulone proditor, ex amico latro? 5. *Filium hominis* te propter hominesq; miserum. 6. *Osculo?* Refert Dio lib. 44. Rom. Histor. p. m. 282. Cæsare in senatu occiso, fuisse, qui Bruto, violentam plagam inferenti, eum dixisse adseruerint *καὶ σὺ τέκνον*; Tunc etiam Fili? Hoc pacto insigne scelus & abominandum facinus ad animum revocari, & hæere ira credibile est, ut nec Judas tanta humanitate majus tormentum sentire postmodum potuerit.

2. *Christi*
comprehen-
sio.
46. *Christi.* 2. *Comprehensio* Matth. v. 50. Mar. v. 46. distinguenda ab ipsis vinculis, post Petri demum facinus injectis Joh. 8. v. 12. ut anticipatione non sit opus. Manus n. adhuc liberam habuit Salvator, eum Petri auriculam sanaret. Huc usq; ergo satis ostendit quam plane *ἐκστασις* sese obtulerit & qua, si placeret, potentia, hostes arcere facile posset, unde & Judas ipse licet prostratus, pro more reprobarum mentium, sibi potius plaudere cepit, quam ut ad meliorem mentem rediret, ut non frustra Johannes v. 7. meminerit verborum Christi ex c. 17. v. 12. reliquos quidem discipulos

PASSIONIS DOMINI.

scipulos servatos fuisse, at hunc præfractæ contumaciæ nebulo-
nem neq; ipsam salutem servare potuisse.

47. Petri 3 *Insania*. Interrogantibus n. aliis, an tantam violentiam
armis debeant amoliri, quibus fiducia hæc ex facto Christi proster-
nentis hostes suborta videtur Luc. 22. v. 49. Petrus ἐγχειρίδιον suum
sive gladium, quem cultrum victimarium fuisse, quo & Pascha ma-
ctaverat, Heinsius ex Theophil. in Matth. & Joh. itemq; Chrysof.
qui hom. 83 in Matth. ait εἰκὸς δὲ καὶ μαχαίρας εἶναι ἐκείνῳ. Ἀλλὰ τὸ
ἀσπίδιον, censet, sein Dyffermesser / stringit, amputans auriculam
Malchi dextram. Matheus & Marcus ἐνα τῶν μετὰ Ἰησοῦ, ἐνα τῶν
παρεσηκῶτων fuisse ajunt Johannes autem Petrum nominat ut ita
videatur S. Sanctus quoq; in consignatione sacrorum indulgisse
nonnunquam genio scribentis, interdum parcere volentis illi de
quo agitur, licet alias ab omni errore alienus esse debuerit.

48 Gladium pro more peregrinantium & quidem tum tempo-
res per loca non satis tuta, unum alterumq; etiam discipulis suis
concessisse Dominum Luc. 22. v. 38. H. Gr. censet, quo Petrus ita ab-
utitur ut caput fissurus, auriculam delibet dexteram. ὠπίον idem
Grotius ait fuisse partem auris infimam, unde adagium auricula
mollior: sed rectius integram aurem τῷ ὠπίῳ significari dicimus
quod quidem in N. T. in historia passionis tantum occurrit, apud
LXX. v. pro ipsa aure ponitur. 1 Sam. 22. 20. v. 2. 2. Sam. 22. v. 8. Amos
30. v. 2. ubi à lobo distinguitur λωβὸν ὠπίῳ 70. V. & Luc. 22. v. 50.
ubi 89.

49. Christi 4. Φιλανθρωπία. ὀσμότης. Ap. quam B. Ambrosius
non veretur cum Zelo Pinchas conferre, magnum videbatur datu-
ra malum cui occurrit Salvator. 1. *Monendo & reprehendendo*. Jubeat
omnes quiescant Luc. 22. v. 51. & usq; huc peracta suo relinquunt
loco, Petrus v. gladium recondat, cujus usurpationem ipsi illicitam
& temerariam esse probat. 1. à *Vocatione* quicunq; n. gladium, ita
ut Petrus, arripiunt, seipsos perdunt. Monet igitur ex generali Re-
gula Petrus mercari cautius discat, nec ignoret vix bene unquam
cedere ijs qui tanta cum audacia, temeritate, adversus vim tantam

C 2

& qui-

HISTORIA

& quidem publicam, tali tempore, presente Magistro, invocati, vim vi repellere conantur.

50. Dignav. sunt quæ legantur apud H. Grotium in Math. h. l. notata, ne de necessaria defensione immodicum Philosophemur, & quidem ita, ut animi nostri potius iracundi & impotentis, quam prudentiæ & Christianæ patientiæ rationem habuisse videamur. Idem Grotius, sententiam Salvatoris ad ipsos potius hostes referendam putat quam Petrum, quos sanguinarij sui animi & facti pænas Deo daturus, absq; hac defensione Apostoli quamvis sit, docere voluerit. Addit eandem fuisse tritam inter Judæos, & de divino judicio intelligi solitam, ceu id quoq; Apoc. 13. v. 10. confirmet. Malim tamen sententiam sequi communẽ quam & seq. plane confirmant.

51. 2. *A divino decreto* quod calicem bibendum Christo esse omnino poscebat Joh. 18. v. 11. Calix a. vel poculum non tantum significat vas potatorium, sed demensum, quod juxta ritum veterum è vino potuve in mensa ab hospite præbatur. Hinc scriptura tam in bonam quam malam partem voce hac utitur, tam in temporalibus quam spiritualibus, designatq; id quod Dei juxta voluntatem cuiquam sive mali sive boni accidit V. Psal. 16. c. 5. Psal. 116. v. 13. Psal. 75. v. 9. Es. 54. v. 17. Thr. 4. v. 21. Hab. 3. v. 16. Matth. 20. v. 22.

52. 3. *A non necessario.* Petri & aliorum discipulorum defensione, sibi minime opus esse Salvator docet Matth. 26. v. 53. Si n. vi externa vis pellenda foret, exorari sibi posse à parente vel XII. legiones angelorum. Legio vero Romanis quo confiterit numero Cincius apud Agellium lib. 16. c. 4. his verbis monuit. In legione sunt centuriæ sexaginta, manipuli triginta, cohortes decem. Manipulus proinde ducentorū, cohors sexcentorum fuit peditum. Opponit g. Dominus uni discipulorum legionem 4. *A Scriptura implet.* v. 54.

53. Deinde 2. malo isti occurrit Salvator *vulneratum sanando* Aurem enim sive à quopiam exhibitam, sive manibus omnipotentis, nullo porrigente concessam, pristino loco restituit Luc. 22. v. 51. Mittimus illos qui novam defubito creatam dicunt, item allegorias apud Dn. Gerh. in Harm. videndas. Studiosi humanitatis ad hoc factum Petri notent Erasmi hoc, inter adagia Chil
s. cen-

PASSIONIS DOMINI.

5. cent. 1. ad. 52. *Auriculam mordicus*, quod aptius ait dici de homine, qui quantumvis indignetur, magis cupiat, quam possit ledere. Item illud pervulgatum *Aurē velle*.

54. 3. Sacerdotes, duces, & seniores *redarguendo* eosque convincendo 1. tyrannidis quam manifeste prodant, qui hominem publice rebus suis satagentem, soleque meridiano spectante omnia peragentem, velut latronem invaderent Matth. 26. v. 55. Luc. 22. v. 52. 2. Extremæ malitiæ & cæcitatē, quippe qui jam odij sui *ἀχρη* attigerint, principisq; tenebrarum sese, probent instrumenta Eph. 6. v. 12. qui licet omni jam vi sua pugnet, expugnandus ramen ipse sit prout Apostolus docuit Col. 1. v. 13. Opponit autem Spiritus Sanctus omnibus illorum furij, Prophetarum vaticinia, quæ superare nequeat malitia, in quibus quæ & quanta Messias pati debeat prædictum, Matth. 26. v. 56.

55. *Discipulorum* V. omnium *ἀμαρτία* Marc. 14. v. 50. quorum è grege cum milites Romani (quos & Græci *νεανίσκος* & Latini sæpe juventutem vocant V. Gen. 14. v. ult.) juvenem quendam sindone amictum, qui forsan è domo, horto proximâ, audito tumultu proruperat esse arbitrarentur,prehendere quoq; voluerunt, sed is relicta sindone qua tenebatur, nudus aufugit. De Sindone vero hac vide Casaubonum Exerc. ad Baron. An. 34. Num. 68. p. 427. 427. & Camerarium ad Marcum.

3.

4.

Discipulorum fuga & accusatio.

Corollaria.

I.

Altaria V. T. fuere typi Christi non quæ talia sed quæ sacrificiorum erant & rerum oblatarum instrumenta. An vero in Ep ad Ebr.

C 3

6.13.

c. 13. v. 10. Christus dicatur altare? si quis quaer-
rat respondebimus.

II.

Sunt qui Christum Petri lapsum ternis prae-
dixisse vicibus affirmant nrm. Joh 13. v. ult. Luc.
22. v. 34. Matth. 26. v. 34 inter quos Bar-
radius in Harmon. Nos negamus.

III.

Scholastici quando disputant, & ex iis Bar-
radius, in Christo superiorem anima partem,
maxima letitia luce in horto perfusam: inferio-
rem vero maxima tristitia caligine obtectam fu-
isse, non sunt audiendi.

IV.

Petri facinus gladio temere utentis merito da-
mnatur. Illi quoque qui in Academiis gladio teme-
re vel accinguntur, vel duello & alias abutuntur
Christo placere nequeunt. Quantum, Deum
immortalem! turbarum & Phœcia illa temera-
ria dedit. Ingemiscimus ad nuperam cadem
nostramque propterea male audire Academiam
ex animo dolemus. Facite Studiosi ne, quæ hu-
manitatis, tranquillitatis, sapientiæ sedes, quæ
Ecclesie & Reipub. esse debebat seminarium,
nonnullorum culpa sit.

ziφoφs.

PASSIONIS DOMINI.

Ειφοφόρων (ξύλοφόρων) ἀρπαξίβιων, σκηνή στραπτῶν

V.

Prophetas in V. T. instar regum & summorum pontificum unctos fuisse ex 1. Reg. 19. v. 16. probari non posse censemus.

VI.

Et NUNC EST POTESTAS TENEBRARUM. Feramus ergo quæ mutare non possumus, patremq; LUMINUM rogemus.

Ut redeant albiq; dies horæq; serena.






Quis Christum quærit mi REICHI? quæri-
mus omnes
mundum, divitias quærit & ille suas
Quas tamen, O REICHI, merito contemnis, & unū
Christum divitias, percipis esse tuas
Non illum dubites ingentem velle per omnem
vitam thesaurum suppeditare tibi
Interea mecum quam sis Tu dives in illo
Ipse licet fuerit, pauper, ubiq; proba
Malis cum Christo sub paupertate latere
Quam mundi plenus luxuriare malis,

f.

Præses.







PASSIONIS DOMINI

25. 2. *Scopus vel finis.* Marcus hunc nos docet cum inquit eo sine ad preces festinasse Dominum *παρέλθη ἀπ' αὐτῆς ἡ ἄρα,* ut ita non tam calidam quam moram & durationem deprecari voluisset quoque Joh. 12. v. 27. & Luc. 12. v. 50. Juxta enim Morsque minus poenae quam mora mortis habet.

26. 3. *Forma precum quarum 1. Objectum* A ubi Graecum ὁ ποιητῆς Syriaci ἐρμηνευτικῶν arbitrio. v. 46. Bartimaeus interpretatur filius Timei Syrus ibi hoc addat, qui & hoc loco legit כִּנְיָ כִּנְיָ mi, ut videatur formula adorantium usitatissima invocantes ipsum כִּנְיָ כִּנְיָ dicerent quasi esset iter: cum sciamus כִּנְיָ honoris, & reverentiae nomine cum superbirent Rabbinum Christus eos castigavit coelestis reverentiam revocavit; videatur Buxt. Le. כִּנְיָ Matth. 23. v. 9. Ebr. & Graece loquitur ait Hic quia non est distinctio Judaei & Graeci.

27. *Fundamentum 2. precum, quod consistit potestatem, 2. Voluntatem.* Illam absolutam quae Marc. 14. v. 36. πάντι σιδηνατὰ limitatam vel hoc ipso opere propter passionis decretum. Haec mittit, sui tamen ipsius desiderium indicans quod fortialiter, eluctari nimirum ex tantis angustiis quam poterat, liceret. De Luc. verbis ἐβόλε παρνευχῆ in notis.

28. Non igitur est duas hic voluntates contrariam personae adoratae, aliam adorantis, cumque Olib. 1. de Uno Deo. Sect. 2. c. 12. dicamus Christi turam hic ita loqui ut simul concedendum sit aliam, nempe divinam non esse, cum 1. dicat. Nihil fiat adeoque; excludat in se illam voluntatem, se in se sua voluntas fieri possit. 2. Nolle & velle quae eodem tempore de eadem re in uno subiecto 3. Operationes sint suppositorum quae hoc loco

B 2

2.
Finis.

3.
Forma ubi
1.
Objectum.

2.
Fundamentum.

Crollius.

